

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuersacio f  
cum fonte primo

Pro signo sunt interioris hominis  
uerba erumpencia quomodo libidinosum  
qui sua celat uerba et uicia callide  
interdum turpis sermo demonstrat.

Minoribus enim maiora monstrantur  
uultuque et oculis dissimulari non potest consciencia  
dum luxuriosa et lasciua mens lucet in facie  
et secreta cordis motu corporis et gestibus indicat.

Ieronymus super duodecim prophetas  
libro II. super illud Ezechielis III.:  
Filius hominis fode parietem.

Pro signo sunt interioris hominis,  
uerba erumpentia, quomodo libidinosum,  
qui sua callide celat uitia,  
interdum turpis sermo demonstrat,  
et auaritiam latentem intrinsecus  
paruulae rei cupido significat:  
minoribus enim maiora monstrantur,  
uultuque et oculis dissimulari non potest consciencia  
dum luxuriosa et lasciua mens lucet in facie,  
et secreta cordis motu corporis et gestibus indicantur.

Hieronymus Stridonensis, *Commentariorum in  
Hiezechielem libri XIV.*, 3.8 (CCSL 75, F. Glorie ed.,  
p.96, ll.181-188).